Pour Anderso[illegible]

1606 No 1

[illegible] ad salu[illegible]

Paratus [illegible]

[illegible] quonia[illegible]

Pro[illegible]

tonce [illegible]

eius et [illegible] lampas

accendant [illegible]

De illa [illegible] ne

[illegible] de [illegible] descen

dit [illegible] omnes

qui eum [illegible] celi de [illegible]

bant [illegible] decorus eius

deus noster [illegible] mer

Descendit [illegible] patri et filio

[illegible]

ym. Verbum supna[illegible]

V. Ex syon spes eius. ps. Venite.

Lectio prima. S. matheum.

In illo tempore. Cum esset desponsata mater ihesu maria ioseph: antequam convenirent inventa est in utero habens de spiritu sancto. Et reliqua. Origenis.

Que fuit necessitas ut despo[illegible] [illegible] diabolo celaretur. [illegible] malignus fraudis commenta [illegible] despo[n]satam virginem nulla penitus invenisset. vel ideo desponsata fuit ioseph: ut nato infanti vel ipsi marie curam videretur gerere ioseph sive in egyptum tendens. vel inde rediens. Ideo desponsata fuit ioseph non tamen in concupiscentia [illegible] [illegible] mater [illegible] mater [illegible] mater eius. Cum [illegible] [illegible]

candidorum. Filius qui in excelsis est
sine matre et in terra e sine patre. Filius
qui in celis secundum deitatem in
sinu patris e et in terris secundum
corporis susceptionem in sinu est
[matris].

Sanctificamini hodie et estote parati quia die crastina videbitis maiestatem dei in vobis. R. Hodie scietis quia veniet dominus et mane videbitis gloriam eius. In vobis.

Magne admira Leo. ii. ut. oda.
tionis gratia O menarrabilis
sanctitas. o ineffabile magnumque sa
cramentum. Ipsa eadem virgo. ipsa
et mater domini. ipsa genitrix. ipsa
eius ancilla. plasmatio eius ipsa que
genuit. Quis numquam ista audi
vit? Quis vidit talia? Quis hoc
excogitare potuit: ut mater virgo
esset intacta generare? que et virgo
permansit et genuit. Sicut enim quon
dam rubus comburi videbatur. et
ignis eum non tangebat. et sicut
tres pueri in camino inclusi habe
bantur. et tamen eos non ledebat in
cendium. nec odor fumi erat in eis.
vel quemadmodum daniele intra
lacum leonum incluso claustris
non apertis allatum est ei prandium.
Ab abacuc: ita et hec sancta virgo
genuit dominum sed intacta permansit.

Constantes estote videbitis auxilium domini super vos iudea et ierusalem nolite timere cras egredimini et dominus erit vobiscum. R. Vos qui in pulvere estis expergiscimini et laudate ecce dominus veniet cum salute.

Mater effecta est. Lect. iii.
sed virginitatem. Cras.
non amisit. Genuit infantem. et
ut dictum est virgo permansit. Vir
go genuit. virgo permansit. Mater
filii facta est: et castitatis sigillum non
perdidit. Quare? Quia non homo
iste tantum qui videbatur: sed uni
genitus deus qui in carne advene
rat. Nec subito carnaliter genitus
est. sed ipsa deitas in corpore venit. In
teger ergo iste et individuus deus in
humano advenit: vel genitus est
in corpore: quamquam deus dominus
figuram servi suscepit. Non enim
pars unigeniti venit in corpore: nec
se ipse divisit. ut dimidius apud
patrem. et dimidius esset in virgine

95.1163

sed tom...
ne totus
...
sunt con...
saluans.
induuisu...
dominus
et uo...
saluos
Hodie
dominus
eius. Euouae
bis salus
Crastina die
quitas terre

mundi. Euouae. In quacumque feria hec uigilia euenerit antiphona sup canticum eiusdem ferie cum suo cantico optinebit. Iter prius in eadem feria ad matutinam laudem sic cantata cui assripta est. ℟. Leuate capita. Capitulum.

Paulus seruus ihu xpi uocatus apls segregatus in ewangelium dei quod ante promiserat p. pphas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid scdm carnē. ℣. Vox clara. ℣. Crastina die delebitur. ℟. Joseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est de sancto spiritu est alleluya. ps. Benedictus.

Collecta. Deus qui nos redemptionis nre annua expectatione letificas: pta ut unigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus: uenientem quoqz iudicē securi uideamus. dominū nrm.

Ad primam antiphona. Hodie scietis ... Ad iii. antiphona. Nolite timere quia propeē regnum dei amen dico uobis quia nō tardabit. ps. Deus in nomine. antipha. Rex pacificus. cap. Paulus seruus. ℟. Hodie scietis quia ueniet dominus. ℣. Et mane uidebitis gloriam eius. ℣. Crastina die

Finlandts
1606
N: 141

ad b[enedictus] a[ntiphona]

Magnificatus est rex pacificus super omnes reges universe terre. Evovae

Videbunt gentes iustum tuum et cuncti reges incli tum tuum et vocabunt tibi nomen novum quod os domini nominavit. R. Crastina die delebitur iniquitas terre. V. Et regnabit super nos salvator mundi. Repetetur sicut pluvia. capitulum

Laudate [margin]

ad omnes horas collecta Deus qui nos.

Non vocabis ultra derelicta et terra tua ultra non vocabitur desolata sed vocabis voluntas mea in ea: et terra tua inhabitabitur quia complacuit domino in te. Deo. R. Repetetur sicut pluvia eloquium domini. V. Et descendat super nos sicut ros deus noster. V. Constantes estote. V. Videbitis auxilium domini super nos. collecta Deus qui nos. capitulum

Nota[n]dum est quod si vigilia nativitatis domini in dominica evenerit vi responsoria de dominicali ystoria cum dominicalibus psalmis assumat. tria vero de vigilia cum laudibus precedentis dominice. cetera vero omnia de vigilia cum coll[ecta] Deus qui nos. In vigilia nativitatis domini super psalmos antiphona

Iudea et iherusalem nolite timere cras egrediemini et dominus erit vob[iscum].

...cum. alleluia. ps. Lauda[te]... Orietur sicut sol salvator ... et descendet in uterum ... ymber super germen ... Laudate d[omi]n[u]m. a. ... ortus fuerit sol de celo videbitis regem regum procedentem a patre tamquam sponsum de thalamo suo. ps. Lauda. a.

Gaude et letare ierusalem ecce rex tuus veniet de quo prophete predicaverunt quem angeli adoraverunt cui cherubin et seraphin sanctus sanctus sanctus proclamant. ps. Laudate. a.

Bethleem non es minima in principibus iuda ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Laudate.

capitulum Propter syon non tacebo. R. in vigilia vigilie nativitatis domini. R. Iudea et ierusa[lem]

lem nolite timere cras egrediemini et do

minus e rit nobiscum.

Constantes estote uidebitis auxilium

domini super uos. Cras egrediemini

Gloria patri et filio et spiritui sancto. Cras.

R. Veni redemptor. Non ex uirili. Aluus

tumescit. Procedens. Egressus. Equalis.

Presepe iam fulget [illegible] lumine

que spirat nouum quod nulla nox inter

pollat fideque iugi luceat. Laus. V. Hodie scietis.

Cum esset desponsata mater ihesu

maria ioseph antequam conuenirent

inuenta est in utero habens quod enim

in ea natum est de spiritu sancto est

alleluia. Magnificat. colla. Deus qui nos. Ad comple

torium. a. Bethleem capitl. Tu

in nobis es domine. R. In manus. V.

Veni redemptor. V. Custodi. a. Beth

leem non est. ps. Nunc dimittis. Cetera

solito more. Ad matutin. Inuitatorium. Christus na

tus est no bis uenite adore

mus. Venite exultemus. hymnus

Christe redemptor omnium ex patre

patris unice solus ante principium na

tus. Tu lumen tu sple

ndor patris tu spes perhennis omnium intende quas fundunt

preces tui per orbem famuli. Memento

salutis auctor quod nostri quondam corporis

ex illibata uirgine nascendo formam sump

seris. Gloria tibi domine. qui

Dominus dixit ad me filius meus es

tu ego hodie genui te. Quare fremuerunt.

Tamquam sponsus dominus procedens

de thalamo suo. Celi enarrant. Diffu

sa est gratia in labiis tuis propterea bene

dixit te deus in eternum. Eructauit.

Tamquam sponsus. In die natalis domini. Lectio i.

Primo tempore alleuiata est terra zabulon et terra neptalim: et nouissimo aggrauata est uia maris trans iordanem galilee gentium. Populus qui

ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Habitantibus in regione umbre mortis: lux orta est eis. Multiplicasti gentem: et non magnificasti leticiam. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe. sic exultant victores capta preda quando dividunt spolia. Iugum enim honeris eius et virgam humeri eius et sceptrum exactoris superasti sicut in die madian. Quia omnis violenta predatio cum tumultu. et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis. Parvulus enim natus est nobis et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius: et vocabitur nomen eius. Admirabilis. consiliarius deus fortis. pater futuri seculi. princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Super solium david et super regnum eius sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia. amodo et usque in sempiternum.

Hodie nobis [illegible] de uir gine [illegible] natus est ut homin[illegible] ad regna celestia rev[illegible] gaudet exercitus angel[illegible]

Salus eterna humano generi apparuit. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia salus.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Consolamini [illegible] consola[illegible] cio. Quia s[illegible]

[illegible] popule meus dicit deus uester. Loquimini ad cor ierusalem et advocate eam. quoniam completa est malicia eius: dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia: pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto. Parate viam domini rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis vallis exaltabitur et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria domini et videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. Vox dicentis. clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fenum: et omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fenum et cecidit flos. verbum autem domini stabit in eternum. Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas syon: exalta in fortitudine vocem tuam qui evangelizas ierusalem.

erusalem noli timere. Dic ciuitatibus
iude. Ecce deus noster. Ecce dominus
deus in fortitudine ueniet: et brachium
eius dominabitur. Ecce merces eius
cum eo: et opus illius coram illo.
Sicut pastor gregem suum pascet.
in brachio suo congregabit agnos.
et in sinu suo leuabit. fetas ipse portabit.

Hec

Hodie nobis de ce lo pax ue R.
ra des cen dit. hodie per totum
mundum melliflui facti sunt ce li.
Hodie illuxit dies redemptio
nis nostre reparationis antique felicita
tis eter ne. Hodie. V. Gloria.

Consurge consurge lc. iii.
Induere fortitudine tua syon.
Induere uestimentis glorie tue ihe
rusalem ciuitas sancta: quia non
adiciat ultra ut pertranseat per te in
circumcisus et immundus. Excutere
de puluere. consurge. sede ierusalem.
Solue uincula colli tui captiua fili
a syon. Quia hec dicit dominus.
Gratis uenundati estis: et sine arge
nto redimemini. Quia hec dicit dominus
deus. In egyptum descendit populus
meus in principio. ut colonus esset
ibi: et assur absque ulla causa calum
pniatus est eum. Et nunquid mihi
est hic [illegible] dicit dominus: quia ab
latus est [illegible] populus meus gratis.
Dominatores eius inique agunt
dicit dominus. et iugiter tota die
nomen meum blasphematur. Propter
hoc sciet populus meus nomen nomen
in die illa: quia ego ipse qui loque
bar ecce assum. Quam pulchri super
montes pedes annunciantis et pre
dicantis pacem. annunciantis
bonum predicantis salutem dicen
tis. Syon regnabit deus tuus. Vox
speculatorum tuorum leuauerunt
uocem: simul laudabunt. quia
oculo ad oculum uidebunt. cum
conuerterit dominus syon. Gaude
te et laudate simul deserta ierusalem. Quia consolatus est dominus populum suum redemit ierusalem
Parauit dominus brachium sanc
tum suum in oculis omnium gentium.
et uidebunt omnes fines terre sa
lutare dei nostri. Te. R.

Descendit de ce lis missus ab
arce pa tris introiuit per aurem
uirginis in regionem nostram indutus
stola purpurea et exiuit per aure
am portam lux et decus uniuerse
fabrice mun di. Tam
quam sponsus dominus

4

No Finland 1606. No 1.

[illegible] tuo [illegible]

Glo ria patri et
filio et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper et in secula se
culorum amen. Et eruntque In secundo nocturno
Suscepimus deus misericordiam tuam
in medio templi tui. Ps. Magnus dominus. A.
Orietur in diebus domini habundan
cia pacis et dominabitur. Ps. Deus iudicium
Veritas de terra orta est et iusticia de
celo prospexit. Ps. Benedixisti. Leo quarta [illegible]

Salvator noster dilectissimi ho
die natus est gaudeamus.
Neque enim fas est locum esse tristi
cie ubi natalis est vite. Nemo ab hu
ius alacritatis participatione se cer
nitur una cunctis leticie commu
nis ratio. Exultet sanctus quia
appropinquat ad palmam. Gau
deat peccator quia invitatur ad
veniam. Animetur gentilis quia
vocatur ad vitam. Verbum enim
dei deus filius dei propter liberandum
hominem ab eterna morte factus [illegible]

[illegible]
naturam contexuit ut inferiorem co
nsumeret glorificatio nec superiorem
minueret assumptio. Salva igitur
proprietate utriusque substantie et in unam coe
unte personam suscipitur a maiesta
te humilitas a virtute infirmitas
ab eternitate mortalitas ut quod
nostris remediis congruebat unus
atque idem dei et hominum media
tor et mori ex uno et resurgere pos
set ab altero. Nisi enim esset verus
deus non afferret remedium ni
si esset verus homo non preberet
exemplum. Ab exultantibus an
gelis nascente domino gloria in ex
celsis cantatur. De hoc ergo inenar
rabili pietatis ope quantum letari
debet humilitas hominum cum
tantum gaudeat sublimitas an
gelorum. Agamus ergo gratias deo patri
per filium eius in spiritu sancto. Depo
namus veterem hominem cum
actibus suis et adepti participatione
generationis Christi carnis renunciemus
operibus. Agnosce igitur o christiane
dignitatem tuam et divine consor
factus nature noli in veterem vili
tatem degeneri conversatione redi
re. Memento cuius capitis et cu
ius corporis membrum. Reminis
cere quia erutus de potestate te
nebrarum translatus es in dei
lumen et regnum. Noli dyabolum
iterum servitium subicere quia

perem: iusticiam nunquam amisissem. Eo
actus sum amore tuo: pugnare cum
aduersario tuo. Fusum globum uteri
virginalis accepi sortem tuam: aut
spiratus sum infanciam. Iacui in prese
pio. Fleui. Dormiui. Creui. Esuriem si
timque sustinui. lectio .ij.

Que fuit rogo tanta cupiditas
pomi. ut meorum preceptorum
oblita mei ipsa primordia pareres. De
bui quidem grauioribus eternis donare
suppliciis: sed fateor me uicit pietas.
Non angelum misi: sed ego ipse pro te
descendi. Permisi me occidi: et sic ad
illos [illegible] miseros ueni.
Exite nunc uincti. [illegible] erui
gite nunc miseri: respirate capti
ui. [illegible] lectio .iij.

Ecce nunquam hic ignota lux
uobis fulgeo. Ecce reges in
fundo: ecce nodos omnes cathe
nasque dirrumpo. Ecce tartari sedes
noctemque profundam fetidumque cha
os extermino: sufficiant exacte pe
ne. Fouebit uos maiestas semper mea:
cum in celo fuit caro mea. Sabbato
lectio prima

Ecce fratres karissimi iam
paschalia sollempnia agi
mus. Sed ita uiuendum nobis est.
ut peruenire ad eterna festa merea
mur. Transeunt cuncta que tem
poraliter festiua celebrantur: curate
in hiis sollempnitatibus interestis: ne
ab eterna sollempnitate separamini.
Quid prodest interesse festis hominum

si deesse contingat festis angelorum.
Umbra uenture sollempnitatis est
sollempnitas presens. Idcirco hanc
annue gerimus. ut ad illam que non
est annua. sed continua perducamur. Tu

Cumque hoc lectio .ij.
statuto tempore geritur. ad
illius desiderium memoria nostra re
frigeratur. Frequentatione ergo
gaudii temporalis ad eterna gaudia
mens inalescat ut ferueat. ut ex
ueritate leticie perfruatur in patria.
quod de umbra gaudii meditatur
in uia. Vitam ergo nostram fratres mo
resque componite. ut is qui [illegible]
resurrexit a morte quando districtus
ad iudicium ueniat possitis pre
[illegible]

Cognouerunt dominum alleluia in fra
ctione panis alleluia. Euouae.
Dominus regnauit. Iubilate deo. Deus deus. Domini
ca secunda ad uesperas capitulum

Xpistus passus est pro nobis
uobis relinquens exemplum
ut sequamini uestigia eius qui pec
catum non fecit nec inuentus est
dolus in ore eius. ℣ Chorus noue.
℟ Gauisi sunt. ant. Hec autem scripta

Deus qui in filii tui collecta
humilitate iacentem mun
dum erexisti: fidelibus tuis perpetuam
concede leticiam. ut quos perpetue

Upsale Rente och Jordeboock
1608

mortis eripuisti talibus gaudiis fa
facias sempiternis perfrui. Per. Post vii
d. ois. sco. pr. in sup. Invitator.
Ivi. a ps. v. in tercio noct. omelia. d. ioh.
In illo. Dixit ihc discipulis suis. Ego
sum pastor bonus. Bonus pastor
animam suam dat pro ovibus suis.
Et reliqua. Omelia gregorii pp.
Audistis fratres karissimi ex lectione
evangelica. eruditionem
vestram: audistis et periculum nostrum.
Ecce enim is qui non ex accidenti dono
sed essentialiter bonus est dicit. Ego
sum pastor bonus. Atque eiusdem bo
ni ... tatis formam quam nos
imitemur. adiungit dicens. Bonus
pastor animam suam ponit pro
ovibus suis. fecit quod monuit: os
tendit quod iussit. Bonus pastor pro
ovibus suis animam suam posuit.
ut in sacramento nostro corpus suum
et sanguinem verteret: et oves quas
redimerat carnis sue alimento
satiaret. Lectio secunda.
Ostensa nobis est de contem
ptu mortis via quam se
quamur: apposita forma cui impri
mamur. Primum nobis est exte
riora nostra misericorditer ovibus eius
impendere. Postremum vero si
necesse sit: etiam mortem nostram
pro eisdem ovibus ministrare. A
primo autem minimo pervenitur
ad postremum maius. Sed cum
incomprobabiliter longe sit melius

dare animam qua vivimus. quam
terrenam substantiam quam exteri
us possidemus. qui non dat substan
tiam pro ovibus: quando pro hiis daturus
est animam suam. Et sicut non nul
li qui dum plus terrenam substantiam
quam oves diligunt: merito no
men pastoris perdunt. Lectio
De quibus protinus tercia
subditur. Mercenarius autem
et qui non est pastor cuius sunt proprie
oves: videt lupum venientem et
dimittit oves et fugit. Non pastor
sed mer cenarius vocatur. qui non
pro amore intimo ... oves
dominicas ... sed ad temporales mer
cedes pascit. Mercenarius quidem
est. qui locum pastoris tenet. sed lucrum
animarum non querit. terrenis
commodis inhiat. honore prelatio
nis gaudet. temporalibus lucris pas
citur. impensa sibi ab hominibus
reverencia letatur. Iste sunt et enim
mercedes mercenarii. ut pro eo ipso
quod in regimine laborat. hic inveni
at. et ab hereditate gregis in posterum
extraneus alienus. Utrum vero pastor
sit an mercenarius cognosci ve
raciter non potest: si occasio neces
sitatis deest. Tranquillitatis enim
tempore plerumque ad gregis custo
diam. sic verus pastor: sicut etiam
mercenarius stat. sed lupus veniens
indicat. quisque animo super gregis
custodiam stabat. Tu.

aplis orat apiri ad loquendum miste
rium xpi. Clausumque est temporē
fanctis: cum intelligentia non datr̄.
Et illi qui ewangelicam sapientiā
tamquam panem erogantes. p orbē
terre predicauerunt pueri pñsami
lias iam sunt in secreta quiete cū
domino: et tamen orando efficitur: ut
accipiat desiderans intellectum ab
ipo deo. etiam si homo desit: p quē
sapiencia predicetur: A· sup· bñdcs
Ecce nunc palā. colla. Pr̄a q̄s omps
ds ut qui in afflictione nr̄a de tua pie
tate confidimus cont̄ adūsa omnia
tua semp protectione muniamur.
Memoria cū horis diei ut sup· ad· iii·
Confitemini alterutrum. capl'm
pcc̄a ur̄a· et orate pro inuicem
ut saluemini. multū enī valet depcatio
iusti assidua. Ad vi· capl'm. Helyas
homo erat simil' nobis passibilis et
oratione orauit ut non plueret sup trā:
et nō pluit annos tres et menses sex.
Et rursum orauit et celum dedit plu
uiam et tra dedit fructum suū. Ad ix·
Siquis aū errauit ex uob capl'm.
a ueritate et conuitit q̄s eum sci
re debet qm̄ qui conuti fecerit pctōrē
ab errore uie sue saluabit animam
eius a morte et opit multitudinē
pccōrū. colla. Pr̄a q̄s. Ad v's.
Dilexi qm̄ Cum ceteris. Capl'm Confi'
ymn'. v'. ut sup. Sup magf. a'n'phia.

Omnis enim qui petit accipit et qui que

rit inuenit et pulsanti aperietur. alleluia.
colla. Pr̄a q̄s. Memoria ut sup. f'r. iii·
Confitemini alterutrum lcō. i.
pcc̄a ur̄a et orate p inuicem ut
saluemini. In hac ergo sentencia illa
debet ēē discretio; ut cotidiana leuia q̄
pcc̄a alterutrum coequalibz confiteam̄
communique cotidiana orōne credamus
saluari. Porro grauioris lepre inmū
diciam iux' legem sacerdoti pandam̄
atque ad eius arbitrium qualit' et qnto
tempe iusserit purificare curemus.
Multum enim valet lcō scd'a
deprecatio iusti assidua. Helyas
homo erat similis nobis passibilis.
et orōne orauit ut non plueret sup
terram: et non pluit annos tres et
menses sex. Docent astruit exemplo
quantum deprecatio iusti valet assi
dua. Cum helyas una tantum orōe
orando tam longo tempe celos con
tinuit ymbres ac tit fructum monta
libus negauerit. Tu aū. lcō tercia
Et rursum. Ubi uoluit. ubi tem
pus ēē prosperit. ubi longo m
helye tempe cor regis supbi. et gen
tes ydolatrie ad penitentiam inclit
inflexum una solummodo orōne o
rauit: et fructus atque aquas quas
negauerat. restituit. Sic enim seqr.
Et rursum orauit et celum dedit plu
uiam: et tra dedit fructum suum.
Semel ergo et prius et pmodum
orauit. et hoc unius ac tanta helyas

[illegible]

[illegible]

[illegible]

In illo tempore: Sublevatis ihesus oculis in celum dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te. Et reliqua. Omelia beati Augustini.

Poterat dominus noster unigenitus et coeternus patri in forma servi et ex forma servi si hoc opus esset orare silentio, sed ita patri se exhibere voluit precatorem ut meminisset se esse nostrum doctorem. Proinde quam fecit nobis orationem pro nobis, notam fecit quoniam tanti magistri non solum apud ipsos sermocinatio sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tempore, ut quando quid faceret vel fieri sineret ab illo esse dispositum qui tempori subditus non est, quoniam que futura fuerant per singula tempora in dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Lectio ii.

Non ergo credatur hec hora fato urgente venisse, sed deo potius ordinante. Nec syderea necessitas Christi conneruit passionem. Absit enim ut sydera mori cogerent syderum conditorem. Non itaque Christus tempus ut moreretur impegit, sed tempus Christi quo [illegible] qui etiam tempus quo [illegible] natus est cum patre [illegible] sine tempore natus est. Secundum [illegible] veram sanamque doctrinam [illegible] paulus apostolus. Cum autem [illegible] venit plenitudo temporis misit deus filium suum. Ex eo autem quod ait: clarifica filium tuum, clarificatum a patre filium non nulli accipiunt in hoc quod ei non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum. Sed si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione. Tu autem. Lectio [illegible]

Ut autem Christus ihesus resurrectione glorificaretur, prius humiliatus est passione. Non enim a mortuis resurrexisset si mortuus non fuisset. Humilitas claritatis est meritum [illegible] [illegible] [illegible] pater venit hora, clarifica filium tuum, sic intelligendum est tamquam dixerit: Venit hora seminande humilitatis fructum non differas claritatis. Sed quid sibi vult quod sequitur: ut filius tuus clarificet te. Numquid etiam deus pater humilitatem pertulit carnis sive passionis ex qua illum clarificari oportet. Quomodo igitur eum clarificaturus erat filius, cuius claritas sempiterna nec ex forma humana potuit minor videri, nec in divina posset esse amplior. Sed aput homines sempiterna claritas procul dubio minor erat quoniam in

videa.